



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto  
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

**Dionysius <der Kartäuser>**

**Coloniae, Nov. 1530**

De cœlesti ac æter[n]a felicitate sanctoru[m].

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55472)

Eccle. 32 atq; iusticia: ideoq; inestimabiliter ac incomparabiliter ei displicet peccatum, & recessus ab eo. Hinc ergo vehementer o p cordialissime amare & in Christo dimidium animæ meæ, nos timere oportet: ne tam immensam maiestatem imbuoremus, neq; tam infallibilem iusticiam oblauscatur, nec coram tam sancto ac mundo deo, immūdo atq; inique viuamus: sed cum affectu & sollicitudine enitamur, mētem nostram ei benepuram offerre: & dum in cellis soli conquecimus, eius semper præsentiam cogitemus, diligamus, formidemus, ac honorem: & ipsum nobiscum semper habere conemur. Neq; enim longe est ab vnoquoq; nostrum, quoniam in ipso sumus, mouemur & viuimus: & ipse omnibus circumloquens est, cunctaq; penetrat. Ipse siquidem dicitur loquens: Cœlum, ait, & terram ego impleo. Hierem. 23 autem, solitudo nostra misera, erimusque ceteri soli, non feliciter solitarij.

SEQVNTVR SEPTEM  
feriarum meditationes vtilissime

De cœlesti atq; æterna felicitate sancti

Art. X.

Die dñico  
meditādū.

Esa. 64

1. Cor. 2.



Culus non vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis ascendit, quæ præparavit deus electis suis. Quid enim præparavit benignus deus diligētibus se, nisi secretum? Porro ipse invisibilis est, audire nequit, & cōprehendi non valet. Non nobis præparavit.

parauit creaturam aliquam, seu bonum finitū:  
 sed seipsum, vt eū videamus, diligamus, ac possi-  
 deamus: ipsoque fruētes, æternaliter contente-  
 mur. Porro gaudium est, diffusio animi in conce-  
 ptione boni, quo itaque id quod apprehenditur  
 melius est, magisque conueniens, & potentia ap-  
 prehēdens præstantior, ipsa que apprehensio cla-  
 rior, eo gaudium ex huiuscemodi apprehensione  
 proueniens, plenius est atque iucundius. Deus au-  
 tem sublimis, quo omnes beati fruuntur in pa-  
 tria, est infinita bonitas, qua a deo nil amplius  
 appeti valet, omnem perfectionem, omnemque  
 nobilitatem ac pulchritudinem, cum immensa  
 plenitudine comprehendens, estque diuina bo-  
 nitas omni creatæ menti eam cernenti conueni-  
 entissima atque dulcissima. Sed & deus æterna  
 & increata sapientia est, exemplarisque veri-  
 tas, intellectum penitus implens, & omni agni-  
 tione ac veritate adornans & felicitans. Con-  
 stat ergo, quod visio patriæ ex parte obiecti, scilicet  
 dei sit summe iucunda, omnem delectationem,  
 omnemque læticiam, ineffabiliter, incompara-  
 biliterque præcellens. Denique intellectus dignis-  
 sima, ac diuinissima potentia est, & vnio quo-  
 que seu apprehensio intellectus in patria, claris-  
 sima est ac immediata. Erit enim facie ad faci-  
 em, & erimus tunc ei similes, quoniam videbi-  
 mus eum sicuti est. Contemplare o anima, vt va-  
 les, quale erit gaudium videre æternam illam ef-  
 sentiam, et clare cognoscere, quemadmodum ipsa  
 æterna sit a nullo facta nec creata, neque depēdēs  
 sed sibi ex se, in se, & per se sufficiens, omnia cre-  
 ans, intelligens, conseruans, administrans, atque  
 gubernans, Admirabilē & incircūscriptibilē, et  
 incō

Gaudiū  
 quid sit.

1. Cor. 13.

1. Iohā. 3.

Cōreplari  
 deum.

- incōprehensibilem deum per essentiam, & in ipso lucide & clare intelligere, & in eius fontali sapientia totius vniuersi ordinem, omni em̄q; veritatem atque secretissima intueri. Frui quoque immenso bono, & id semper possidere, & quicquid desiderabile pulchrumq; existit in ipso habere, sicque æterna irradiari sapientia, & diuina impleri bonitate: vt omne desiderium intellectus & voluntatis omnino facietur & contentum reddatur. Gustare insuper diuinæ pacis dulcedinem et amore creatoris prorsus absorberi, in deum transformari, & eum semper in se complecti: neque ab eius amplexu amore atque aspectu vnquā posse auelli. Videre demum superbenedictam trinitatem, et inspiciere quemadmodū ab æterno patre generetur filius, patri coæternus, coequalis et consubstantialis: quomodo etiā ab vtroque procedat spiritus sanctus, & quemadmodum pater diligat filium, et filius patrem, atque vtriusque spiritum sanctum: quæ diuinarum harum personarum mutua cōplacencia, nexus, amor, & gloria.
- Fruī deo.** Postremo videre in Christo ex diuina æternitate vnā in natura, vnā constare personā: & gloriā pulchritudinē humanitatis in Christo: et cetera super oēm angelicam altitudinē exaltata in inestimabili excellentia, videre quoque gloriā atque decorē amantissimæ dei vnice virginis, pælectæ Mariæ, & mutuam eius et filij sui familiaritatem atque amorem: speculari quoque Hierarchias cœlestes, ordinesq; angelicos, et quomodo milia milium ministrant creatori, decedentes millies cetera milia deo assistant, et quemadmodum non sit numerus militum eius. Cernere etiā vniuersitatem hominum electorum, prophetarum, apostolorum
- Gustare deum.**
- Iohā. 1. 14. 16.**
- Contēplari vnā in Christo personam.**
- Danic. 7.**

apostolorum, martyrum, ac confessorum, virgi-  
 numque, & totius cœlestis militiæ inuiolabilem  
 pacem, seruidissimā charitatem, iucundissimam  
 societatem, inconcussibilem securitatem, æternā  
 beatitudinem, inenarrabilem gloriam, & splen-  
 didissimam pulchritudinem: vbi impossibile est  
 deesse quod amatur, adesse quod oditur: vbi de-  
 us omnia implet, oīa in se trahit, & omnia possi-  
 det. Misera & infelix nimis anima, quæ propter  
 vilissimas mundi huius delicias, propter turpissi-  
 mas carnis libidines, & momentaneas delectati-  
 ones ac pompas, tanto se gaudio priuat, & iram  
 dei poenamque æternam acquirit. Amandus no-  
 bis es, et super omnia ardentissime diligendus, o  
 sancte creator, adorande deus, qui pauperrimis  
 istis vermiculis talia præparasti. Et tu o rex Mes  
 1. Pet. 1. 1. 0  
 sias, o altissime Christe, qui amissam olim beati-  
 tudinem istam, nobis non auro necq; argento: sed  
 proprio sanguine atque turpissima ac amarissi-  
 ma tua morte reparasti. Cur dormis o anīa, cur  
 moerore consumeris, cur te accidia premit, qua-  
 re non diligis, cur non desideras, neque suspiras.  
 Intende paulisper quæ nam tibi parentur in pa-  
 tria, & propter amorem illorum vilipende inter-  
 rim præsentis gaudia vitæ. Pensa quoniam exul  
 Psalm. 36  
 & peregrina sis super terram, & cum affectu fe-  
 stina ad patriam. Qui nanque temporales qua-  
 rit delicias, & qui non quotidie æstuanti deside-  
 rio suspirat ad beatitudinem istam, non est vtique  
 ea dignus. Ama quoque modo nesciri & sperni,  
 vt illic ab omnibus electis agnoscaris & honore-  
 ris. Non fatigatio te pusillanimum, nec pigritia  
 segnem efficiat, pro æterna beatitudine labo-  
 rantem,

b Desca-